

wisso ok wittnisshyrd bedhess iak ärlikz manss insigle Laurens Dansons, heredzhöfddingans i Walkaboo haradhe. Skriffuit i Gambla Kijl sochn å rättom tingzdag åhr effter wårss Herra byrdh mccc 50 3 circa festum omnium sanctorum.

4965.

1353 Nov. 2.

Lund.

Väpnaren Alexander Jönsson i Törringe säljer till Lunds domkyrkas byggnadskassa Farstorp i Strö socken, Onsjö härad.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Alexander Jenson de Thyrthinghe armiger salutem in Domino. Nouerint vniuersi me anno Domini millesimo ccc^o quinquagesimo tercio sabbato proximo post festum omnium sanctorum honorabili viro domino Benechino, cantori ecclesie Lundensis, procuratori fabrice ecclesie eiusdem, nomine et ex parte fabrice ecclesie predictae omnia et singula bona mea in Fathærstorp in parochia Othenzströ sita cum estimacionibus, videlicet duabus vaccis legalibus, quatuor solidis annone et vno gwlf feni, agris, pratis, pascuis, siluis et omnibus aliis suis ab antiquo adiacenciis, mobilibus et immobilibus, nullo excepto, in quibus quidem bonis quidam Guthmundus Maltae dudum residebat, pro iusto precio vendidisse et in placito generali terre Scanie publice scotasse iure perpetuo possidenda, astringens me et heredes meos per presentes bona fide dicta omnia et singula bona cum omnibus suis adiacenciis, vt premititur, eidem domino Benechino et fabrice ecclesie antedictae secundum leges terre Scanie apropiare et liberare ab impetitione quorumcumque. In cuius vendicionis et scotacionis testimonium sigillum meum et sigilla virorum discretorum domini Magni presbyteri, prioris monasterii sanctimonialium Lundis, Strangonis Johannis et Wlphonis Anghæson de Harthakralithlæ presentibus sunt appensa. Actum et datum Lundis anno et die supradictis.

På baksidan: Scotacio bonorum de Fadherstorp (denna anteckning skriven tvänne gånger).

Sigillen: n. 1 och 2 borta, remsorna kvar; n. 3 (grenigt horn till vänster, stjärna till höger i sköld utan hjälm, i sköldens öfre hörn 2 små stjärnor; Petersen, Danske Adelige Sigiller, n. 414): ..TRAN....IO...; n. 4 borta, remsan kvar.

4966.

1353 Nov. 4.

Borgholm.

Anund Hatt, konung Magnus' och hertiginnan Ingeborgs fogde på Öland, intygat inför rådet i Lübeck, att enligt fyra förnäma mäns vittnesbörd Visbyrådmannen Tideman Los af Kampensköpmän blifvit beröfvad vissa sina ägodelar.

Orig. i Lübecks Statsarkiv.
Tryckt efter LU I, 3, s. 185.¹⁾

Vos viros honorabiles, prouidos et discretos, proconsules, aduocatos ceterosque consules Lybicensis, ego Anundus Hatter, ex parte domini regis Swecie et domine Ingeburghis, ducisse Ølandie, aduocatus in Ølandia, saluto sinceriter in Do-

¹⁾ Sigillbeskrifningen efter K. H. Karlsson i dennes afskr.saml. i Sv. Riksark. 170073. Sv. Diplom. 6.